predictorum mansorum regalium in proximis burgwardiis per circuitum iacentibus, quae pertineant ad comitatum ipsius iam dicti Eggiharti marchionis, Dribani et Zolini nominatis nostrae comprobationis licentia adinplendos. — —

⁝Signum domni Ottonis (M.) gloriosissimi regis.⁝ (SJ.)[a])

⁝Hildibaldus episcopus et cancellarius vice Uuilligisi archiepiscopi recognovi.⁝

Data III. nonas iulii[b]) anno dominicae incarnationis DCCCCXCIII., indictione VI., anno autem tertii Ottonis regnantis decimo; actum Mersiburg; feliciter.

43.

König Otto III. schenkt dem Bisthum Meissen die Lehen des Grafen Asico.

Havelberg, 995 Okt. 6.

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 9 (A), ebendaselbst ein erweitertes Orig. (?) No. 11 (B).
Gedr.: Cod. dipl. Sax. reg. II. 1,19. Stumpf 1046.
Anm.: Vergl. Einl. 179 Anm. 89. S. A. 331 Anm. 89.

(C.) ⁝In nomine sanctae et individuae trinitatis. Otto divina favente clementia rex. Omnium fidelium nostrorum tam praesentium[a]) quam et futurorum noverit industria,⁝ quo modo nos ob remedium animę[b]) nostrae parentumque nostrorum nec non et per interventum Aiconis venerabilis episcopi dedimus

A.	B.
beneficium totum cuiusdam fidelis nostri comitis Asic	benefitium cuiusdam fidelis nostri Aesiconis comitis videlicet Vrscini, Bichni, Pauc, Ezerisco, Liubanisci, Herri, Sciammanstedi, Unscia, Potorisci, insuper quicquid nostri iuris habuerit benefitii totum ad
ad episcopatum in honore sancti Donati martyris	episcopatum in honore sancti Donati martyris[c]) constructum

in civitate Misna vocitata, cui isdem venerabilis praesul in pręsenti pręsidet[d]), atque id ipsum beneficium ex integro, ubicumque iaceat, — — ei in proprium tradidimus — —

⁝Signum domni Ottonis (M.) gloriosissimi regis.⁝ (SJ.)[e])

⁝Hildibaldus[f]) episcopus et cancellarius vice Uuilligisi archiepiscopi recognovi.⁝

Data II. nonas oct.[g]) anno dominicae[h]) incarnationis DCCCC. XC. V., indictione .VIII., anno autem tertii[i]) Ottonis regnantis .XII.; actum Hauelunberge; feliciter amen.

42. *a) Foltz, Otto III. 2.* *b)* nonas iulii.

43. *a)* presentium *B.* *b)* animae *B.* *c)* martiris *B.* *d)* p̄sul *A* p̄sul in praesentia praesidet *B.* *e) Foltz, Otto III. 2 A. Falsches Kaisersiegel B. Vergl. Neues Archiv 3,41.* *f)* hildiboldus *B.* *g)* Nonas oct̄. *A.* NON̄ oct. *B.* *h)* dom̄ *AB.* *i)* tercii *B.*